

www.e-rara.ch

**Nizolius, sive Thesaurus Ciceronianus, omnia Ciceronis verba,
omnemque loquendi atque eloquendi varietatem complexus**

Nizzoli, Mario

Basileae, Anno 1568

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-4528>

B

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

aut est, aut non, negauit esse necessarium. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid enunciatur, id autem appellatur *æxi*, quod est quasi effatum, aut uerum esse, aut falsum. I. Pronunciatum.

Axis, *xis*. linea quædam per mundi centrum ducta, circum quam mundus ipse perpetuo conuertitur. de Vni. 201 b, Terra alitrix nostra, quæ transiecto axe sustinetur. & Acad. 31 a, Terram circum axem conuertit. In Arat. Hæscæ æquo spacio deuinctos sustinet axis. de Nat. 12 a, Versari circum axem cœli admirabili celeritate.

B A



Bylon, *onis*. urbs Chaldææ gentis caput, in Syria. de D. 90 a, Alexâder Babylonem est mortuus. pro Dom. 225 b, Alteri Syriam, Babylonem, Persas tradidisti.

Babylonius, *a*, um. de Diuinat. 128 b. ibidem 81 a, Tusculan. 210 a.

Bacca, *cæ*. fructus arborum, quales sunt corni, oleæ. de Di. 211 b, Agricola cum florem oleæ uidet, baccam quoque se uidere putat. Tusc. 154 b, Ergo arbores feret diligens agricola, quarum aspiciet baccam ipse nunquam. de Di. 261 a, Quæ frugibus atque baccis terræ foetu profunduntur. & 104 a, Nec fruges terræ, baccas uel arborum dedisset, nisi, & c. de Senec. 78 a, & de Leg. 173 a, Bacca arborum terræque fruges.

Bacchæ, *arum*. signa Thracum mulierum bacchantium, à quibus Orpheus discerptus legitur. Epist. 106 a, Bacchis uero ubi est apud me locus? at pulchellæ sunt, noui optime, & c. & Epist. li. 7, Bacchas istas cum Musis Metelli comparas.

Bacchanalia, *orum*. Bacchi sacra. 177 a, Senatus auctoritas de bacchanalibus, & c.

Bacchatio, *onis*. In Verrem 82 b, Nocturnæ bacchationes & uigilie.

Bacchor, *aris* furo, insano. de Clar. 190 b, Eos quorum aliorum oratio actioque esset ardentior, furere & bacchari arbitrabatur. In Catil. 102 b, Hic tu quibus gaudijs exultabis, quanta in uoluptate bacchabere. 120 b, Versatur ante oculos aspectus Cethegi, & furor in uestra cæde bacchantis.

Bacchus, *chi* Liber. pro Flac. 156 a, Euhius, Bromius, Nyfius, Bacchus, Liber. de N. 38 a, Sine Cerere & Libero friget Venus. I. Liber.

Bacillum, *li*. baculus & uirga quædam. de D. 86 b, Lituus, id est incuruum & leuiter à summo inflexum bacillum. de Finib. 71 b, Vt bacillum aliud est inflexum & incuruatum de industria, aliud ita natum. ad Atticū 193 a, Quos ego cum bacillis in turbam cœeci. contra Rul. a, Lictores non cum bacillis, sed cum fascibus anteibant. I. V. 264 b, Bacillo oculos alicuius tundere.

Bacchis Bœotius, *uates*. de Di. 87 b.

Baiæ, *arum*. oppidum. pro Cæl. 43 a, Qui unguenta sumpserit, qui Baias uiderit. pro Cæl. 44 b, & Attic. 222 a, Conuiuia Baijs acta, comestationes. Item 228 a.

Baianus, *na*. At. 225 a, Baiana negotia.

Baiulus, *li*. operarius, appositus ad ferenda onera. de Orat. 112 a, Remigem aliquem aut baiulum nobis oratorem descripseras. Tusc. 207 b, Nihil inter Alcibiadem summo loco natum, & quemuis baiulum interesset. de Cla.

188 a, Operarij autem aut baiuli deesse non possunt. Perad. 120 a, Operarij & baiuli.

Balbus, *a*, um. lingua hæsitans, cuius lingua inhaeret ita ut ægre loqui possit. de Orat. 109 a, Demosthenes ita balbus fuit, ut Rhetoricæ primam literam non posset dicere. Epist. 23 a, Balbus enim sum, quod non putaram. & ibi. Sed balbi non sumus.

Balbutio, *tis*. lingua hæsito. (Aperitè & clara uoce loquor. Tusculan. 243 a, Academici balbutire desinant aliquid quando, aperteque & clara uoce audeant dicere, & c. de Di. 81 a, Epicurus balbutiens de Natura deorum. Aca. 35 a, Sed ille noster est planè, ut supra dixi, Stoicus, perpaucal balbutiens.

Baleares. insulæ. At. 186 a.

Balearicus, *ca*. de D. 81 a.

Balearis: id est Balearicus. pro Sex. R. 43 a.

Balista, *stæ*. arcus magnus, cum ansa seu manubrio. Tusculan. 187 a. Balistæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores ictus habent, quo sunt contenta & ad ducta uehementius.

Balneæ, *arum*. Balneæ erant bina ædificia coniuncta, alterum ubi uiri, alterum ubi mulieres publicè lauabatur: autor Varro. pro S. R. 21 b, Occiditur ad balneas Palatinas rediens à cœna Roscius. ad Heren. 27 a, Nam ut fortè hic in balneis uenit, cepit postquam persusus est, de fricari. de Orat. 120 a, Quam multa de balneis, quas nuper ille uendiderat, dixit. & ibidem: Modò enim existis de balneis. pro Cæl. 50 b, Balneæ xenie. & ibid. Balneæ publicæ.

Balnearia, *orum*. Idem in uilla. Quint. Frat. 318 a, Nihil restabat præter balnearia, & ambulationem, & auitorium. & ibidem, In balnearijs assa in alterum apodyterij angulum promouit. At. 214 b.

Balneator, *oris* balnearum præfectus. pro Cæl. 51 a, Milier familiaris facta erat balneatori. In Ant. 252 a, Balneator temperans.

Balneum, *sive* Balineum, *nei*. lauatio, ubi quisque prius tim domi suæ lauabatur. At. 24 b, Balneum calefieri inbebo. Attic. 246 b, Cum è balneo exissem, accepi literas tuas. pro Deiot. 146 b, Huc te è balneo, priusquam accumberes, ducere uolebat. At. 222 a, Cæsar inde ambulauit in litore post hæc in balneum.

Balō, *as*. balare est, ouis uocem emittere. de Diuinat. 89 a, Rex ipse Priamus, & c. ex sacrificabat hostijs balantibus, Ennij.

Bambalio, *onis*. Philipp. 3. Tue coniugis bonæ scemine atque locupletis quidem certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero: nihil illo contemptius, qui propter hæsitantiam linguæ stuporemque cordis, cognomen ex contumelia traxit. Locus est ex Notatione.

Barba, *æ*. Tusculan. 139 b, Regiæ uirgines ut tonstricule tondebant barbam, & capillum patris. de N. 76 b, Dionysius Aesculapij barbam auream demi iussit. contra Rul. 68 b, Aliquis capillatior quam antè barbaque maiore. de Fin. 94 a, Viris mamme atque barba.

Barbarè inquinatè. Tusc. 177 b, Vt si Grammaticum se professus quispiam barbarè loquatur.

Barbaria, *riæ*. barbaries. I. P. 83 a, Quod nulla in barbaria quisquam tyrannus fecit. pro Cor. 65 a, C. Cæs. inueteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus

ribus disciplinaq; deleuit. de Or. 94 b, Hec turba et bar-
baria forensis dat locum uel uitiosissimis oratoribus. pro
Font. 283 a, Illi immani ac intoleranda barbariae resista-
mus. de Fi. 126 b, Omnes ciuitates nō Græciæ solum, sed
etiam barbariæ. de Fin. 75 a, A quo non solum Italia &
Græcia, sed etiam omnis barbaria commota est.
Barbaricus, ca, cum. Tusc. 166 b, 200 a, poeta.
Barbaries, ei. Barbaria. de Nat. 17 b, Aegypti & Syri, &
frere cuncta barbaries. de Cla. 188 b, Omnes tum frere, qui
nec extra urbem hanc uixerant, nec eos aliqua barba-
ries domestica infuscauerat, recte loquebantur.
Barbarismus, mi. ad Herenn. 27 b, Barbarismus est, cum
uerbum aliquod uiciosè effertur.
Barbarus, a, um. immanis, incultus, agrestis, indoctus. (.)
Humanus, doctus. pro Mur. 132 a, Gentes immanitate
barbaræ. pro Fon. 280 a, Immanis ac barbara consuetu-
do hominum immolatorum. pro Mil. 108 a, Serui agre-
stes & barbari. de D. 80 a, Gens humana atq; docta. (.)
Immanis atq; barbara. de Finib. 120 b, Antiqui illi quasi
barbari, ut nos de nostris solemus dicere. I. V. 226 b, Ne-
que tam barbari lingua & natione illi, quam tu natura
& moribus. Attic. 174 b, Auxilijs barbaris fallacissimæ
gentis non esse Rempub. defendendam. de Na. 28 a, Vos
Tusci ac barbari. I. C. 166 a, Allobroges barbari. Acad.
39 b, De Amasiano & Rabirio indoctis et barbaris scri-
ptoribus. Tusc. 176 a, Contra barbaros philosophos.
Barbatulus, a, um. Atti. 9 a, Concurfabant barbatuli iu-
uenes. Par. 123 a, Barbatulus mululus.
Barbatus, a, um. de Nat. 17 b, & 76 b, Iupiter barbatus,
Apollo imberbis. I. C. 199 a, Imberbis. (.) bene barbatus.
pro Mur. 130 a, Hec iam tum apud illos barbatus ridi-
cula credo uidebantur. pro Cæl. 44 a, Aliquis ex barba-
tis illis barba illa horrida, quam in statu is antiquis uide-
mus. pro Sest. 6 b, Barbati illi ueteres. Attic. 22 a, Mu-
lus barbatus.
Barbula, le. pro Cæl. 44 a, Vnus ex barbatis illis non
hac barbula, qua ista delectatur, sed, &c.
Bardus, a, um. stupidus, hebes, tardus. de Fat. 242 a, Zo-
pyrus physiognomon stupidum Socratem esse dixit &
bardum.
Bargilæta, populus. Ep. 224 b.
Baro, onis. mulier fuit philosophiæ studiosa, autore Sui-
da, ex qua interdum Cicero philosophos effœminatos
& molles, Barones appellat. Epistol. 143 a, Ille Baro te
putabat que siturum, unum coelum esset, an innumera-
bilia. Videtur etiam stultum & stupidum significare. de
Fin. 80 b, Hec cum loqueris, nos Barones stupemus: tu
uidelicet tecum ipse rides. Item de D. 138 a, Huic equi-
dem Antipho, Baro, inquit, uictum te esse non uides. At.
74 a, Apud Patronem & reliquos Barones te in maxi-
ma gratia posui.
Basilica, ce. Attic. 66 b, Paulus in medio foro basilicam
texuit iisdem antiquis columnis. In Verr. 201 a, Qui fo-
rum & basilicas ornarent. & 266 a, Forum plenum &
basilicas uidemus. pro Murena 141 b, Si uno basilicæ spa-
cio honestamur. Attic. 30 b, Basilicam habeo non uil-
lam frequentia Formianorum. Locus amplius & publi-
cus in urbe.
Basilis, sis. In Ver. 149 a, Videmus in basi statuarum maxi-
mis literis incisum à communi Sicilia datat. I. A. 224 a

bis. Vtique consules eam basim statuamq; faciendam lo-
cent. I. P. 99 b, Ut esset, quod in basi trophæorum incidî
inscribiq; liceret. I. V. 141 a, Statua ablata, basim tamen
in foro manere uoluerunt. Tusc. 241 a, Quò cum paten-
factus esset aditus in aduersam basim, accessimus. I. V.
217 a, Hec statua erat posita Segestæ sanè excelsa in
basi. de Nat. 51 a, Basis trianguli, quam grues efficiunt.
Qu. Frat. 319 a, Edera conuestiuit basim uille.
Batuo, is. Episto. 140 b, Batuit, inquit, impudenter: depfit
multo impudentius.
Bauli, orum. locus in littore Neapolitano. Epist. 111 a, Ego
qui scirem Qu. Pompeian Baulis embæneticam face-
re: id est, nauiculariam. I. Embænetica. Aca. 3 b, 31 b.
Beatitas, tis. beatitudo. de N. 20 a. L. Beatitudo.
Beatitudo, nis. beatitas. de Nat. 20 a, At ista siue beatitas,
siue beatitudo dicenda sit (utrunq; omnino durum, sed
usu mollienda nobis uerba sunt) uerum ea, quæcunque
est, cur aut in solem illum, aut in hunc mundum, aut in
aliquam mentem æternam figura membrisq; corporis
uacuum cadere non potest: nihil aliud dicis, nisi nunquã
uidi solem aut mundum beatum, quod, &c.
Beatus, a, um. cui bene est. Beatus, iuxta Metrodorum
est, cum corpus bene constitutum sit, & sit exploratum
ita futurum, de Fi. li. 2. Beatus est nemo qui ea lege uiuit,
ut non modò impune, sed etiam cum summa interfecto-
ris gloria interfici possit, Philip. 1 de Fin. 6 Ver. pro
Cæl. Nam qui beatus est, non intelligo quid requirat ut
sit beator: si est enim quod desit, ne beatus quidem est,
Tusc. q. li. 5. Opto ut beatus sis, 10 ad At. Id est, omnia ti-
bi prosperè eueniant. Volumus enim eum qui beatus sit,
tutum esse, inexpugnabilem, septum atq; munitum, non
ut paruo metu præditus sit, sed ut nullo, Tusc. q. li. 5. Bea-
tus esse in maximarum rerum timore nemo potest, de
Fin. li. 2. Mihi enim non uidebatur quisquam esse beatus
posse, cum in malis esset, Tusc. q. li. 5. Beatus esse sine uir-
tute, nemo potest, de Nat. d. 1. Vnde tu, qui modò, ne pa-
ternam quidè domum redimere potueris, repente tan-
quam somnio beatus, hortos preciosissimos, etc. paraueris?
in Sallust. Moderatori ciuitatis beata ciuiũ uita pro-
posita est, ad At. 124 b. Ex quo illorum beata mors uide-
tur, & horum uita laudabilis, de Amicit. Beatum, si mo-
dò sit aliquid esse beatum, id totum positum est in pote-
state sapientis, de Finib. lib. 2. Si omne beatum est, cui ni-
hil deest, & quod in suo genere expletum atq; cumula-
tum est, idq; uirtutis est proprium: certè omnes uirtutis
cõpotes beati sunt, Tusc. quæst. lib. 5. Quod beatum &
immortale est, id nec habet, nec exhibet cuiquam nego-
cium, de Nat. d. 1. Epicuri dictum. Quo (honesto) detra-
ctio, quid poterit beatũ intelligi? Tusc. quæst. lib. 5. Nomẽ
beati longè & latè patet, Tusc. q. lib. 5. Nec ulla alia huic
uerbo, cum beatũ dicimus, subiecta notio est, nisi secre-
tis malis omnibus cumulata bonorum complexio, Tusc.
quæst. li. 5. His tuã grauibus concitationibus, tamq; ipsis
inter se dissentientib. atq; distractis (ægritudine uideli-
cet, metu, leticia gestiente & libidine) quæ uacuum, so-
lutum, liberũ uideris, huc dubitabis beatum dicere? Tusc.
qu. li. 5. Beatum ex bonis, quæ sola honesta sunt, efficien-
dum, Tusc. quæst. lib. 5. Beatam uitam in animi securitate,
et in omniũ uacatione munerum ponimus, de Nat. de. 1.
Nos beatam uitam non depulsione mali, sed adeptione

boni iudicem, 2 de Finib. Zeno in una uirtute positam beatam uitam putat. Quid Antiochus? Etia inquit beatam, sed non beatissimam, Acad. q. ed. 2. lib. 1. Ex beato miser, miserabile est, Partit. in libera & in beata ciuitate uiximus, Messenio, lib. 6. 21. 11. a. Beati dicuntur, qui sunt in bonis, nullo adiuncto malo, Tusc. q. lib. 5. Crotoniat. e quondam quum florent omnibus copijs, & in Italia quum in primis beati nominarentur, 2 de Inuentione. Sint florentes, sint beati, de Somn. 127 b. Sic contra illi beati, quos nulli metus terrent, nullae aegritudines exedunt, nullae libidines incitant, nullae fuitiles leticiae languidis liquefaciunt uoluptatibus, Tusc. q. lib. 5. Beati qui honorati sunt, uidentur propter honestatis et gloriae similitudinem miseri, qui inglorij, 1 de Leg. Nemo potest non beatissimus esse, qui est totus aptus ex sese, quiq; in se uno sua ponit omnia, in Parad. Duodequadraginta Dionysius tyrannus annos fuit opulentissime et beatissime ciuitatis, 3 de N. d. Beatissimum aliquem uelle, 1 ad Qu. Fr. hoc est, nihil ex eius commodis detrabere. Beatissimi, & minus miseri, 5 Fam. Profecto nihil est aliud bene beateq; uiuere, nisi honeste & recte uiuere, in Par. Aca. q. ed. 2. lib. 1. Beate uiuere, idem quod apud Graecos εὖ βίωσθαι. Beate uiuere in una uirtute positum est, iuxta Stoicos, Tusc. q. lib. 2. Quid potest ad beate uiuendum deesse ei, quem fortitudo ab aegritudine et a metu uindictae, temperantia tum a libidine auocet, tum insolenti alacritate gestire non sinat? Tuscul. quae. lib. 5. Quoniam igitur omnis summa philosophiae ad beate uiuendum refertur, & c. 2 de Fin.

Belgae, populi in tertia Galliae parte. pro Font. 279 b.

Belus, id est Hercules quintus, in India natus. de Natur. 60 a.

Bellator, oris. bellicosus homo. de Clar. 189 b, Is minus uehemens orator quam bellator fuit. & pro Cor. 66 a, Tuf. 218 a, Nec uero de bellatoribus solum disputant. At. 128 b, Equae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia.

Bellatrix, cis. Tusc. 220, ista bellatrix iracundia.

Belle, bene. Quint. Fra. 317 b, Aqua non longe a uilla belle sane fluens. At. 89 b, Sunus enim ambo belle curiosi. At. 2 a, Hermathena tua posita ita belle est, ut totum gymnasium aequale esse uideatur. de Orat. 152 a, Bene & praeclare quamuis saepe dicatur, belle & festiue nimium saepe nolo. de Diuin. 122 a, Hec non tam admirabilia sunt, quam coniecta belle. Ep. 259 a, Bellissime nauigauimus. & 238 a, Bellissime mecum esse poteritis. Att. 65 a, Hec quomodo fers? belle Hercule. Attic. 216 a, Horum ego uix attigi penulam, tamen remanserunt, cecidit belle.

Bellicosus, a, um. Epistol. 67 a, Dalmatae semper habitus sunt bellicosi. & de Pro. 75 b, Gentes bellicose.

Bellicosissimus, na. pro Pomp.

Bellicum, ci. cantus ad arma uocans. I. A. 210 a, Atque ijdem bellicum me cecimisse dicunt. Or. 200 b, Thucydides incitator fertur, & de bellicis rebus, canit quodam modo bellicum. pro Mur. 131 a, Simulatq; motus aliquis nouus bellicum canere cepit.

Bellicus, a, um. militaris. de Clar. 172 a, Ex bellica laude aspirare ad Africanum nemo potest. de D. 124 a, Rem bellicam administrare. de Natur. 58 b, Vt exerceamur in uenando ad similitudinem bellicae disciplinae. pro Mure

na 129 a, Virtus bellica. Officior. 73 b, Ius bellicum hosti seruandum.

Belligero, as. bello, bellum uel bella gero. Postq. 202 a, Quoniam nobis cum fortuna belligerandum fuit. pro Font. 281 a, C. Marius, qui isti par in belligerando esse possit. ad Her. 27 a, Belligerare cum hostibus.

Bellipotens, tis. bellator. de Di. 132 b, Aeacidae bellipotentis sunt magis, quam sapientipotentis. Ennij.

Bello, as. belligero, bellum gero. pro Arch. 191 a, Fuluius, qui cum Aetolis bellauit. de Senect. 78 a, & Offic. 16 b, Gigantum more bellare cum dijs. I. V. 216 b, Cum illa ciuitas cum Paenis suo nomine ac sua sponte bellaret. I. A. 231 b, Cum hoste hoc bellandum est. pro Pom. 10 a, Longe a domo bellare.

Bellouaci, pop. in Belgis. Ep. 112 a.

Bellua, e. bestia. Bellua fera & immanis, Acad. q. ed. 2. lib. 2. Vt tetra & immanis bellua, fugienda aegritudo, 4. Tusc. quae. Bellua uasta et immanis, Diuin. lib. 1. Bellua uastifica, Tuscul. q. lib. 2. Belluae impure furor multis in flammatus furoribus, 3 de Legib. Sic ista in figura hominis feritas & immanitas belluae a communi tamen humanitate corporis segreganda est, 3 Off. Est quaedam illi belluae cum humano genere societas, id est elephant, Ep. 95 b. Sed quid ego hospitij iura in hac tam immani bellua commemoro? 7 Verr. Cum homine enim crudeli nobis res est, an cum fera atque immani bellua? 7 Ver. Quinetiam de illo homine queri solebas, quid te facturum de bellua putas? 8 Philip. Belluae ad saxa natiuis testibus adherentes, 2 de Natur. deor. Belluarum dispersaria genera (in mari) partim submersarum, partim fluitantium & innatantium, 2 de Nat. de. Ea genera belluarum quae in rubro mari Indiae ueniant, de Nat. d. 1. Belluarum nomine appellare singulas stellas, ut capram, ut lupam, ut taurum, ut leonem, 3 de Nat. d. Elephant, belluarum nulla prudentior, de bestijs loquor, de N. d. 1. Belluas multas in numero deorum reponebant Barbari, 3 de Nat. d. Belluis sensum et appetitum natura cur dederit, 2 de Nat. deorum.

Bellum, li. duellum, Mars, belli contentio, certamen belli, tempus belli, arma. Nam ut duellum bellum, & diuis bis, sic Duellum eum, qui Poenos classe deuicit, Bellum nominauerunt, cum superiores appellati essent semper Duellij, Orat. Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud nisi pax quaesita uideatur, Offic. 1. sic Plato de Leg. 1. οὐτ' ἀδύνατον ἀνθρώποις, εἰ μὴ χάρις ἐπιλύσῃ τὰ πόλεως νόμους, εἰ μὴ πόλις πολιμίων ἔνεα τὰ τῆς εἰρήνης. Bellum aliquando sine tumultu, at sine bello tumultus nunquam, 8 Philip. Nam quum quadriennio post in Sicilia uenisset, sic mihi affecta uisa est, ut hae terrae solent, in quibus bellum acerbum, diuturnumq; uersatum est, 5 Ver. Cum omnibus improbis eternum bellum esse susceptum, pro Sylle. Bellum affectum, & ut uera dicam, pene confectum uidemus, de Prou. 73 b. Bellum ἀσπονδον, 9 ad At. Quod bellum commotum a Scapula, ita postea confirmatum est a Pompeio, ut nulla ratione ab illa miseria se eripere posset, Dolabella 9. Deinde bellum crudele & exitiosum suscipi a Pompeio intelligebat, At. li. 9. Bellum detrusum in Hispaniam, 10 Fam. Planci. Bellum domesticum, triste, ac turbulētum, Diuin. li. 1. Durissimum bellum, pro Corn. Balbo. Video enim quantum id bellum, et quam

quam pestiferum futurum sit, Att. lib. 8. Bellum intestinum, 2 in Cat. 4. 6 a. pro Domestico. Bellum iustum cum hoste, in Cat. Ex quo intelligi potest, nullum bellum esse iustum, nisi quod aut rebus repetitis geratur, aut denunciatum ante sit indictum, Off. 1. Bellum merum loqui, 9 ad At. Bellum mortiferum, Tusc. q. li. 3. Quasi naturale bellum est miluo cum coruo, 2 de N. deor. Bellum nefarium, Diuin. li. 1. Bellum occultum mihi indixit, 8 Fa. 36. in Ep. Celij. Bellum Octavianum, de Nat. d. 2. Bellum oppressum, 10 Fa. Planci. Bellum quod ab opinione plerumque & fama gubernatur, 1 Philipp. Bellum renatum, 11 Fam. Bellum non restinctum, sed etiam inflammatum, 11 Fam. 20. Sertorianum bellum à Senatu priuato datum est, 11 Philip. T. Terribilissimum & periculosissimum bellum, Planc. 10. Belli apparatus, Acad. q. ed. 1. li. 2. παρὰ νεὺλὸν τὴ πόλεμὸν Græci uocant. Communem martem belliq; casum nimium timens, pro Sest. 5 b. Belli celeritatē morabitur, 5 Philip. Belli certamen, 10 Fam. Planci. Antiochum illum magnū, maiores nostri magna belli contentione terra mariq; superatum intra montem Taurum regnare iusserūt, pro Sest. Incertos exitus esse belli, martemq; commixtam, in Antonium 227 b. Belli me expertem fuisse, 8 ad At. Tum uerò est ratus se posse, quoniam togatu domestici belli extimēdorem nefario scelere fecidisset, illum etiā, illum externorū bellorum, hostiumq; uictorē affligere, de Arusp. respon. Belli ciuilibis historia à L. Luceio scripta, 5 Fam. Belli ciuilibis inuitū suscipere, extrema non libenter persequi, 4 Fam. Belli instrumenta, Acad. q. ed. 1. li. 2. Belli ius, in quo & suscipiendo, & gerēdo, & deponendo ius ut plurimum ualeat, & fides, 2 de Leg. pro Cornel. Balbo. Belli reliquiae extinguentur, 1 Fa. Qui reliquias huius belli opprēsserit, eum totius belli confectorē fore, Planc. 10. De reliquis rebus, quæ esēt propriæ belli administrādi, & c. 2 de D. 116 a. de Or. Belli ciuilibis tubam appellabant Axium Balbum, 6 Fam. Bello Ligustico Qu. Maximus dedicauit templum Honoris & Virtutis, de N. d. 2. Quod nunquā bello ciuili interfuisset, gloriari solitus Qu. Hortēsius, 2 Fam. Ad bellū denunciandū legatos miserat Senatus, 12 Fa. 52. Vbi ad bellū & castra uentū sit, 8 Fam. Celij. Idem cū Theutonius bellū administraret, & c. pro Leg. Manil. Administrare bellū cum aliquo, pro Pom. 15 b. Id est, gerere bellum contra aliquē. Verebar ne cui obreſtatorū uiderer & nimium pertinaciter Lepido offensus, & mea patientia etiam alere bellū, Plancus Ciceroni, lib. 10. Ferro bellum terra & mari comparat, 10 ad At. Bellum conficere, in Piso. Deinde quū ab ea sententia Pompeius ualde abhorreret, suadere institui ut bellū duceret, Mario lib. 7. Tum ad te scribam plura, si erit bellum, ad Att. 113 b. Bellū extinguere, 10 Fam. Planci. Si fugitini bellū in Sicilia facerēt, I. V. 259 b. Bellū facere alicui, in Catil. 66. pro Mil. 113 b. Bellum gerimus, sed non pari conditione, cōtra arma uerbis, 12 Fam. Nihil turpius, quā cum eo bellū gerere, quicum familiariter uixeris, Læli. Populus Romanus Crasso consuli bellū gerendū dedit, 11 Philip. Bellū habet nescio quod susceptū: Consulatus cum Tribunatu, pro Leg. Agr. In bellū cōfugere, 4 ad At. Quos quū haberes authores Antoni, miror cur philosophiæ, sicut Zethus ille Pacuuianus, propè bellum indixeris, 2 de Or. Indicere bellū nefarium, pro Deiot. Nisi publicè

satisfactum sit, ei ciuitati bellum indici atq; inferri solere, 3 Ver. Sed quid ego uestram crudelitatem expromo, quam in ipsum me ac meos adhibuistis, qui parietibus, qui tectis, qui columnis ac postibus meis horrificū quoddam et nefarium, omni imbutum odio bellum intulistis? pro Domo sua. Inferre bellum contra patriam, in Anto. 170 b. Bellum in prouinciam inferre, 15 Fam. Vrbs quæ facere atq; instruere bellum possit, pro Leg. Agrar. Inter bellum & pacem medium nihil, 8 Philip. Mouere bellum, ad At. 152 b. Bellum, discordiam, cupiditatem, ceteraq; generis eiusdem, ad Deum reuocat Parmenides, de Nat. d. 1. Bellum sustinere, 16 Fam. Bello arderet Syria, 6 ad Attic. 4 Fam. Bello Latinorum, & c. cum Octauius, Mamilio, Tusculano prelio dimicaret, & c. de Nat. d. 2. Bello flagranturam totam Italiam, 7 ad At. In bello mouendo summa fuit apud priscos Romanos obseruatio, Off. 1. In bello pudor est maxime periculosus, 10 Fam. 47 in Ep. Planci. In bello titubari solet, 12 Fam. Persequi aliquem bello, ad Brut. 9 b. Bello profligato ac penè sublato, renouatum bellum gerere conamur, 12 Fam. Bello Punico secundo exercitus Pop. Rom. ad lacū Trasimenum interijt, Diuin. lib. 2. Bello gloriam querere, Off. 1. Bello uti, 7 ad At. Bella, quibus Reip. salus continetur, de Nat. de. 2. Bella ciuilia nunquam deerunt, si clementes esse uoluerimus, ad Brut. Itaq; eorum consilio sepe aut non suscepta, aut confecta bella sunt, nonnunquam etiam illata, Offic. 1. Bella domestica & externa, de Senect. Bella, quibus imperij gloria proposita est, minus acerbè gerenda sunt, Offic. 1. Bella hostilia & externa, 5 Fam. Bella suscipienda sunt ob eam causam, ut sine iniuria in pace uiuatur, Offic. 1. Bellorum ciuiliū exitus quales, 12 Fam. Bellorum omnium exitus incerti, 6 Fam. Bellorum uictor, de Arusp. respon. Tum enim nostri duces bella gerere incipiunt, & c. de Nat. deor. 2. Si tanta bella legisset, quanta gessit & confecit, & c. omnia iura belli perdiscere ac nosse potuisset, pro Corn. Bal. Thucydides res gestas & bella narrat & prelia, Orat. 199 b. Bellis prelijsq; dii non caruerunt. 2 de Natur. deorum. In bellis ciuilibus nihil miserius uictoria, 4 Famil.

Bellus, a. um. bonus & urbanus, festiuus, lepidus. Attic. 77 a. illum pneris locum bellissimum esse duximus. At. 94 b. Pylæ & puellæ Cæciliæ bellissimæ salutem dicat. Epistol. 237 a. Cicero bellissimus tibi salutem dicit. Att. 209 b. Theatrum quidem sanè bellum habuisti. At. 65 a. Recordor quā bella paulisper nobis gubernantibus ciuitas fuerit. At. 72 b. Hæc ipsa fero equidem fronte ac uultu bellis, sed angor intimis sensibus. de Or. 106 b. Quā sit bellum, cauere malum, nemo ignorat. Epi. 126 b. Mihi in mentem uenit bellum esse, aliquò exire. Attic. 2 a. Durius accipere hoc mihi uisus est, quā uellem, & quā homines belli solent. At. lib. 15. Bella iuris licentia. de Legib. lib. 1. Succedere huic belli, Clodius, Afellio, & c. ad Heren. li. 4. Belli montes. Epistol. lib. 15. Gratissime & bellè literæ. Attic. lib. 10. Satis bella affert: id est, quæ placent. de Orator. lib. 1. Bellissimum subfidium. Epistol. lib. 16. Bellus, pro bene habitus, & ex morbo confirmatus.

Bene, probè, præclare, ualde commodè, ratione, bona ratione. Mala ratione, ad Heren. 38 b. Attic. 205

4, Quod reliquos heredes conuenisti, fecisti planè bene. Attic. 216 a, Othonem quod speras posse uinci, sanè bene narra. In Antonium 202 a, Respublica bene et felicitè gesta. Offic. 63 a, Domus bene et ratione edificata. Epistol. 9 b, Rem te ualde bene gessisse rumor erat. pro Quint. 2 b, Res rustica sanè bene culta. Attic. 105 a, Hoc enim ipsum bene fecit, quod, etc. Attic. 194 a, Bene fecit Silius qui transegerit. de Fimib. 93 a, Bene facis, quod me adiuuas. Attic. 102 a, De animo meo erga rempublicam, bene facis quod non dubitas. contra Rul. 77 b, Adulescens non minus bene nammatus, quam bene capillatus. Bene factus homo à Deo, de Vn. 293. Bene uestitus, de Fat. 147. Bene edificatus, Offic. 63 a. Bene constitutus, et 105, Bene cultus. et 89 b, Bene descriptus, et 62. Bene institutus, et 87. Bene iratus, Attic. 252. Bene firmus. In Antonium 208 a, Bene moratus. pro Milo. 120 b, Bene sanus. pro Sest. 7. Bene existimans. de Orat. 138, Bene olens. Acad. 6, Bene suadens. de Am. 104. pro Dom. 220 b, Imberbis adolescentulus, bene ualens ac meritis. de Diuin. 116 a, Quæ autem inconstantia deorum est, ut primis mimentur extis, bene promittant secundis? I. A. 208 b, Itaq; Senatum sua sponte bene firmum, firmiorè uestra autoritate fecistis. Parad. 119 a, Improbo nemini bene esse potest. de Orat. 141 a, Habetis sermonem bene longum. de Clar. 171 a, Fabius literarum et antiquitatis bene peritus. Attic. 224 a, A Cicerone mihi literæ sanè περὶ τὴν ἀπορίαν, et bene longæ. et 9 b, Puer bene sibi fidens. In Verr. 143 a, Is bene penitus in istius familiaritatem se dedit. Epist. 67 a, Antonius habet inermes bene multos. Epistol. 67 b, Qui semel uerecundie fines transferit, cum bene et nauiter oportet esse impudentem. Tuscul. 184 b, Sed si est tantus dolor, quantus Philoctete, bene planè magnus mihi quidem uidetur. I. V. 62 a, In clamando uideo eum esse bene robustum. Attic. 60 a, et 168 b, Bene manè hæc scripsi. pro Murena 140 b, Cum bene magna caterua. de Legib. 175 a, Bene uerò, quod fides consecratur manu. pro Quint. 14 b, Bene agis, quam longè est hinc in saltum uestrum Gallicanum? pro Quint. Ros. 50 b, Neui te rogo D C C. millia passuum, optime. et ibidem: Tu tuum negocium gessisti bene. et ibidem: Præclare suum negocium gessit Roscius. in Verr. 179 a, Bene agis Alba. pro Murena 127 a, Bene habet, iacta sunt fundamenta defensionis. de Clar. 174 a, Is perbene Latine loqui putabatur. Attic. 152 a, Rectè auguraris de me, bene enim tibi cognitus sum. et Epistol. 151 b, Bene audire, et malè audire. I. Audio. Bene pascere, bene uestire. Off. 51. Catonis.

Benedico. de Opt. 244 a, Benedicere, est Atticè dicere. et de Orat. 86 b, Professio benedicendi. de Orat. 109 a, Benedicere, quod est scienter et peritè et ornate dicere.

Benedicere alicui. pro Sest. 28, Cui benedixit unquam bono?

Benedictum. Cui. de Nat. 75 b, Benedicta malè interpretari. de Cla. 195 a, Philosophia mater omnium benefactorum, beneq; ditorum.

Benefacio. cis. beneficio afficio, benignè facio, beneficium tribuo uel do. bene uel optime mereor, orno, beneficijs orno, bene promereor, beneficium confero, beneficio complector. de Inuent. 61 b, et 62 a, Ab ijs, quibus

benefecerimus, malè tractari.

Benefactum. Cui. rectè factum, honestè factum, uirtus. Offic. 46 a, Benefacta malè locata, malè facta arbitror. En. Tuscul. 189 a, Omnia enim benefacta in luce se collocari uolunt. Attic. 286 b, Benefacta pro debitis exigimus. de Senect. 78 b, Multorum benefactorum recordatio iucundissima est. Parad. 119 b, Benefacta rectè facta sunt.

Beneficentia. tie. liberalitas, benignitas. de Nat. 25 a, Quid est melius aut præstantius bonitate et beneficentia? de Orat. 140 a, Virtutes in quadam comitate et beneficentia positæ. idem de Off. 5 a.

Beneficentissimus. de Na. 38 b, 39 a, Iupiter optimus, id est, beneficentissimus.

Beneficium. cij. benefactum, benignitas, liberalitas, meritum, promeritum, officium, gratia, munus. Attic. 162 a, Pompeius, qui tibi ut beneficium daret, prius iniuriam fecit. Attic. 133 b, et 162 a, Caesar maximum beneficium te sibi dedisse putabit, si te huc reijcis. Antequam. 192 b, Beneficia, quæ singulis ciuibus priuatimq; dantur. Att. 277 b, Nec coniunctiori dare beneficium potes. Attic. 229 b, et Epistol. 92 b, Dare beneficium alicui, et accipere beneficium ab aliquo. Att. 141 a, Pompeius, à quo tantum beneficium te accepisse prædicas. pro Cor. 62 b, Tribuere beneficium. In Antonium 156 a, Multa beneficia alicui tributa et data. Offic. 10 b, Dare beneficium, reddere beneficium, collocare beneficium, deferre beneficium. et 10 a, Conferre beneficium in aliquem. pro Sest. 13 b, Quod à me beneficium haberetis? cum pro uobis, ea quæ mihi uilia esset reliquissimè? de Natur. 74 a, Eos beneficium à patribus nullum habere. Attic. 285 a, An hoc pro beneficio est habendum, quod se quam Antonium esse maluerit? Officior. 48 a, Melius apud bonos quam apud fortunatos beneficium collocari putato. et 47 b, In collocandis beneficijs mores hominum, non fortunam sequi conuenit. Epistol. 210 a, Bene collocare beneficium. in Verr. 136 a, et pro Murena, 130 b, Collocare beneficium. Offic. 46 a, Benefacta malè locata, malefacta arbitror. pro Syl. 171 b, Ego tantis à me beneficijs in republica positis, si, etc. de Am. 114 a, Ea lege cooptatio collegiorum ad populi beneficium transferrebat. pro Murena, 149 b, Homines tenues unum habent in nostrum ordinem aut promerendi aut proferendi beneficij locum. Promereri officium. I. Promereor. Epistol. 215 a, Bene ponere beneficium apud aliquem. et 223 b, Ponere beneficium apud gratos homines. Postquam. 203 a, Vlciscendæ iniuriæ facilius ratio est, quam beneficij remunerandi. contra Rul. 63 a, Non enim unus afficitur beneficio, sed unus priuatur iniuria. Epistol. 152 a, Et rempublicam diuino beneficio affeceris. pro Pom. 17 b, Ego hoc honore præditus, tantis uestris beneficijs affectus, statui, etc. Postquam. 198 a, Beneficio diuino immortalisq; uestro. In Antonium 177 a, Ne qua post idus Martias immunitatis tabula, ne ue cuiusquam beneficij figeretur. pro Plan. 266 b, Complecti aliquem beneficio id est, afficere. pro Cæl. 38 b, Meum erga te beneficium tueri debeo. At. 85 b, Ornare ciuitatem beneficijs. Postquam. 200 b, Quem ego maximis beneficijs ornaueram. Epist. 10 a, Qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potissimum fractam illam vim suam contulit,

contulit. I. V. 114 a, Hoc illis in beneficij loco deferendum est. Epi. 116 a, Dare aliquid alicui pro beneficio. I. V. 172 b, Atq; hoc in beneficij loco petitum est ab Apro-
nio. & 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium, & gratiam ciuitatib. concesserunt, ut nummos pro frumento darent. In Verr. 171 b, Hoc uix ab illo in summo beneficio impetratum est. & ibi. Beneficij gratiaq; causa concedere aliquid. In Verr. 191 a, In beneficij & gratie loco petere aliquid. et 246 b, Beneficium, ut dicitur, trabali clauo figere. contra Rul. 78 a, Beneficio isto legis & benignitate decemuirali nihil uxor. pro Pl. 256 a, Cui sum obstrictus memoria beneficij sempiterna. In Catilin. 123 a, Hostes alienigenae beneficio se obligatos putant. Ep. 214 b, Hagesaretus magnis meis beneficijs ornatus & memor & gratus fuit. contra Rul. 70 a, Gratus ac memor beneficij. pro Planc. 259 a, Multa extat in me tua merita. de Amicit. 109 b, Offic. meminisse debet is in quem collata sunt, non commemorare qui contulit. pro Arch. 187 b, Archias in beneficijs ad aerarium delatus est a L. Lucullo praetore & consule. de Natur. 75 b, Multi deorum beneficio peruerse utuntur. de Fin. 89 a, Si tuam ob causam cuiquam commodas, beneficium illud habendum non est, sed foeneratio. Ep. 20 a, & b, Neq; enim sum ueritus, ne sustinere tua in me uel innumerabilia beneficia non possim, cum praesertim considerem, nullam esse gratiam, quam uel non capere animus meus accipiendo, uel remunerando cumalandoq; illustrare possit. Epist. 58 b, Quibus pro meis immortalibus beneficijs charissima mea salus esse debebat. et 122 a, Qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, cepit, & cum homo auarus, ut ea solueret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit.

Beneficus, a, um. benignè faciens, benignus. de Natura deor. 25 a, Ne homines quidem censetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse. & 38 b. de Legib. 166 a, Beneficus est, qui non sui, sed alterius causa benignè facit. de Natura deor. 39 a, Iupiter optimus, id est, beneficentissimus. Officioru 9 b, Qui gratificatur cuiquam, quod obsit, &c. non benefici, neque liberales, sed perniciosi assentatores iudicandi sunt. de Diuina. 197 b. & 129 b, Dij sunt benefici, generiq; hominu amici. pro Mil. 105 a, Beneficus & salutaris cuius. Offic. 39 a, Benefica uoluntate mouetur, etiam si res forte non suppetat.

Benemerens, tis. beneficus. Anteq. 139 a, Opitulari benemerentibus.

Benemereor, ris. beneficio afficio, beneficium colloco. Epi. 53 b, Libenterq; ei sum testimonio, omnibusq; ero qui benemerentur. & 146 a, De repub. bene mereri. de Cl. 188 a, Bene de nomine ac dignitate populi Rom. meritum esse existimare debemus. de Am. 102 b, Propensio resq; ad bene merendum, quam ad reposcendum simus. pro Plan. 176 a, Ciues de patria benemerentes. Of. 30 a, Bene de rep. sentientes, ac benemeritos aut merentes colere debemus.

Benemeritus, a, um. (Malemeritus. Anteq. 195 a, Igitur ex ciuitate benemeritus de rep. ciuis exturbatur.

Beneuentum, urbs. I. V. 84 a.

Beneuentanus. ibidem.

Beneuolè, amicè. de Am. 112 b, Et haec accipiendae a-

micè, cum beneuolè sunt. Epist. 213 a, Praesto esse alicui fideliter & beneuolè. de Finib. 56 a, Amicè et beneuolè fecisti.

Beneuolentia, a. gratia, bona gratia, studium, charitas. (Odiu, offensio. Off. 10 a, De beneuolentia autè, quam quis habeat erga nos, primum ille est in officio, ut ei plurimum attribuamus a quo plurimū diligimur. de Opt. 244 b, Atq; ita praedicaretur eum donari uirtutis ergo beneuolentiaq; quae erga populū Atheniensem haberet. Post. 202 a, Mihi in uestris commodis augendis grata animi beneuolentia defutura non est. Epi. 9 b, Mea in te pietas, quid enim dicam beneuolentiam? cum illud ipsum nomē pietatis leuius, mihi meritis erga me tuis esse uideatur. At. 170 b, Omnem spē habeo in tua erga me mihi perspectissima beneuolentia, quam si his temporib. miseris et extremis praestiteris, haec pericula fortiter feram. Ep. 55 b, Praestare beneuolentiam alicui. Off. 64 a, Tribuere gratiam alicui, id est, beneuolentiam. Of. 37 a, Malus custos diuturnitatis metus, contraq; beneuolentia fidelis est, uel ad perpetuitatem, Att. 78 a, Exercitus ad beneuolentiam erga nos consentiens. ad Her. 2 a, A persona nostra beneuolentiam contrahemus, si, &c. de Ora. 135 a, Multum ualet ad uincendum animos eorum, apud quos agitur, conciliari quam maxime ad beneuolentiam. Off. 30 a, Beneuolentia beneficijs capitur maxime. & ibi. b, Benefica uoluntate beneuolentia mouetur, etiā si res forte non suppetat. Ep. 4 b, Vt & mea et ceterorū erga te fidem et beneuolentiam absens experirere. & 6 a, Tuam erga me beneuolentiam facile perspexi. pro Sest. a, Sed beneuolentiam & charitatem illius necessitudinis mors filiae non ademit. Att. 262 b, Hoc pro coniunctione & beneuolentia nostra mihi sumpsit. Off. 42 b, Oratio benigna multitudinis animos ad beneuolentiam allicere. de Or. 126 a, Haec omnia ualde beneuolentiam conciliant. Ep. 36 b, Susplicere & conseruare beneuolentiam. Att. 86 a, Reportare beneuolentiam omnium ex prouincia. Epistol. 40 b, Nauare beneuolentiam suam in aliquem. I. A. 161 a, Gratia non uirtutis specie, sed aetatis flore collecta, id est, beneuolentia. pro Pomp. 17 a, Nec Pompeij gratiam mihi per hanc causam conciliari puto: id est, beneuolentiam. & ibid. Nec mihi bonam gratiam quaero.

Beneuolentior. Ep. 225 b, Nā beneuolentior quam semper fui, esse non possum. Epist. 25 a, Beneuolentior tibi quam fuerim, nihilo sum factus.

Beneuolus, a, um. amans, inclinatione animi in aliquē propendens. I. Propendo. Orat. 116 a, lubent exordiri ita, ut eum qui audiat, beneuolum nobis faciamus & docilem et attentū. de In. 46 b, Si eum beneuolum, docilem & attentum fecerit. & pro Cl. 55 a, Seruus domino beneuolus. de Or. 138 a, Iudices beneuolos beneq; existimantes efficere. Anteq. 197 b, Beneuolus huic ciuitati ab hoste proicitur in exilium. de In. 82 b, Beneuolus patriae. Ep. 72 b, Existimabam officio me esse functū beneuolentissimi atq; amicissimi, quem me tibi & fuisse semper existimes uelim, & futurum esse confidas. ad Her. a a, Beneuolus auditor.

Benignè, comiter, liberaliter. In A. 246 b, Salutare benignè, comiter appellare unumquēq;. I. V. 60 a, Quae cum Questore suo benignissimè communicauit. Attic.

40 b, Adhuc inuitamur benignè. pro Flac. 157 b, Ista ciuitas neq; seuerè Flaccum oppugnauit, neq; benignè defendit. Of. 9 b. Epist. 216 a, & 228 a, Benignè facere alicui: id est, conferre beneficium in aliquem. Officior. 43 b, Nam aut opera benignè sit indigentibus, aut pecunia. pro Corn. 62 b, Benignè, non grauatè, comiter quidem certè, non communiter conuenit. pro Cluent. 16 a, Benignè attentèq; audire. pro Deiot. 150 b, Deiotarus dicere est solitus, benignè sibi à populo Romano esse factum. In Ver. 192 b, Frumentum, inquit, abs te emere oportet, optimè: modium denario, benignè ac liberaliter. Epistol. 57 a, Nunc P. Nigidio ne benignè quidem polliceri possim.

Benignitas, *is*, liberalitas, beneficentia, clementia, comitas, humanitas. de Fi. 140 b, Iusticiæ adiunctæ sunt pietas, bonitas, liberalitas, benignitas, comitas. pro Quint. R. 50 b, Num deum immortalium benignitate omnium fortunæ sunt certæ. Epistol. 203 b, Deorum immortalium benignitate. pro Cecim. 286 b, Veruntamen nos uestra benignitati pareremus: id est, uestræ clementiæ. pro Dom. 219 b, Vestra in me attentè audiendo benignitas prouexit orationem meam. pro Sest. 9 b, Et si me attentissimis animis summa cum benignitate auditis, tamen, etc. At. 55 b, Amicorum benignitas exhausta est: id est, liberalitas. in V. 191 b, Qui benignitate adducti per beneficium concesserunt, ut nummos pro frumento darent. de Nat. 52 b, Sed illa quanta benignitas naturæ? quæ tam multa ad uescendum gignit?

Benignus, *a, um*, liberalis, blandus, comis. Benignus ad commodandum, 6 in Verr. 191 b. Benignus liberalis ue qui dicitur, officium non fructum sequitur, 1 de Leg. Oratione benigna multitudinis animos allicere, 2 Off. 42 b. Comes benigni, faciles, suaves homines, pro Cor. Bal. Sed nescio quo modo facilius in honore benigni, quam in uictoria grati reperimur, ad Brut. 283 a. Ne homines quidem cæsetis, nisi imbecilli essent, futuros beneficos & benignos fuisse, 2 de Natura deorum. 25 a. Quanquam omnia nec benigna, nec copiosa cognorant, 2 Famil. Qui benigniores esse uolunt quam res patitur, peccat, de Offic. lib. 1.

Beroa, *e. I. P.* 98 b, In oppidum Beroam refugisti.

Bes, octo uncie. Attic. 63 b, Fœnus ex triente factum erat besibus.

Besi, *orum*, populi. I. P. 97 b.

Bessica gens. I. P. 97 b.

Bestia, *e*, bellua. nomen bestie etiam piscibus & conchylijs conuenit. l. Bellua, & bestiola. Bestia monstrifissima, Diuim. lib. 2. Sed quæ potest homini esse polito delectatio, quum aut homo imbecillis à ualentissima bestia laniatur, aut præclara bestia uenabulo transuerberatur? 7 Fam. Pro bestia de ambitu dixi, ad Quint. Fr. Canes tametsi bestie sunt, tamen, etc. pro Sex. Rosc. 27 b. Bestie aquatiles, ut crocodili, fluuiatilesq; testudines, de Natura deor. 50 b. Bestie in perturbationes non incidunt, Tuscul. quæst. lib. 4. Mutæ bestie penè loquuntur magistra ac duce natura, 1 de Finibus. Aliæ bestie sunt nantes, aliæ uolucres, serpentes quædam, quædam gradientes, Tuscul. 235 b. Quid bestie? non pro suo partu ita propugnant, ut uulnera excipiant? nullos impetus, nullos ictus reformident? Tusculan. quæst. lib. 5. Bestie

quæ alius generis bestijs uescuntur, 2 de Natura deor. 92. Bestie, ut quicquid obiectum est, quod modo à natura non sit alienum, eo contentæ, non querunt amplius, Tusculan. quæst. lib. 5. Ad bestiarum auxilium confugere, 9 Fam. Bestiarum quæque suum tenes munus, quum in disparis animantis uitam transire nõ possit, manet in lege naturæ, Tusc. quæst. lib. 5. Bestiarum uaria genera, uel cicurum uel ferarum, 2 de Nat. deorum. Bestijs sensum & motum dedit natura, et cum quodam appetitu accessum ad res salutare, & à pestiferis recessum, de Nat. deor. 2. Bestijs obijcere, 10 Famil. Pollionis. Quid, quod populari illi sacerdoti sexcentos ad bestias amicos sociosq; misisti? in Pisonè. Namque alias bestias nantes, aquarum incolæ esse uoluit (natura), alias uolucres celo frui libero, serpentes quasdam, quasdam esse gradientes: earum ipsarum partim soliuagas, partim cõgregatas: immanes alias, quasdam aut cicures: nonnullas abditas, terraq; tectas, Tusc. q. li. 5. Bestias quasdam esse, in quibus infit aliquid simile uirtutis, de Fin. li. 5. De bestijs quibusdam firmiores uideas esse apud Aegyptios ac Syros opiniones, de Na. deo. 1. Hoc apparet in bestijs, uolucris, agresibus, natantibus, subibus, cicuribus, feris, de Amicit. 112 b. In bestijs quanta ratio appareat ad perpetuam conseruationem earum generis, 2 de Nat. deor.

Bestiola minima, 2 de Nat. deor. 108. Dissimilimæ bestiole communiter cibum querunt: id est, pinna et squilla, de Nat. 50 b.

Bestiarius, *rij*, qui cum bestijs pugnat in publicis ludis. Qu. Fr. 311 a, Nam ille uindex gladiatorum & bestiariorū, emerat de Cosonio bestiarios, nec sine ijs armatis unquam in publico fuerat. In Vat. 37 a, Gladiatoribus & bestiarijs Rempub. obsidere. pro Sest. Primum do, inquit, bestiarios, lex est scripta de gladiatoribus. Festiue.

Beta, *tæ*, holus hortensiorum lenissimum. Epistol. 107 b, Beta & malus.

Bias, *antis*, de Am. 107 b, Bias, qui sapiens habitus est unus è septem.

Bibliotheca, *e*, tam libros, quam librorum locum significat. Abdo me in bibliothecam, ad Curium libro 7, Dionysius seruus meus, qui meam bibliothecam multorum nummorum tractauit, quum multos libros surripisset, &c. ad Sulpitium, libro 13. Offendes designationem Tyrannionis, bibliothecam mirificam librorum meorum, 4 ad Atticum. Bibliothecam tuam caue cuiquam despoideas, quamuis acrem amatorem inueneris, Attic. Bibliotheca alicuius pasci, 4 ad Atticum. De bibliotheca tua supplenda, libris commutandis, Latinis comparandis, ualde uelim ista confici, ad Quintum fratrem, lib. 3. Si hortum in bibliotheca habes, nihil deerit, Epist. Quum, &c. satisq; ambulatum uideretur, tum in bibliotheca quæ in Lyceo est, asidemus, 2 de Diuinat. Bibliothecas omnes duodecim tabulæ superat, 1 de Or. 96. Ne bibliothecis quidem Græcis egebimus, Tusculan. quæst. lib. 2.

Bibo, *bis*, poto, perpoto, poculum exhaurio, uinum exhaurio, haurio, sorbeo. I. A. 232 b, Quid eum non sorbere animo? quid non haurire cogitatione? cuius sanguinè non bibere censet is? Tuscul. 247 a, Darius, cum aqua turbidâ bibisset, negauit unquam se bibisse incundius. et 251

a, Lex quæ in Græcorum cõiuuijs obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. I. P. 84 a, Conuiuuium in quo nemo potest dicere, utrum iste plus biberit, an uomuerit, an effuderit. In Ant. 180 a, Ab hora tertia bibebatur, iudebatur, uomebatur. pro Fl. 163 b, Nam iste totam Asiã magnitudine poculorũ, bibendoq; superauit. At. 222 a, Itaq; edit, et bibit a se uis et iucundẽ. Tusc. 247 a, Nũquã sitiens biberat, nec esuriens ederat. de Sen. 86 b, Me uerò et magisteria delectant à maioribus instituta, et is sermo qui à summo adhibetur magistro in poculo. de Cla. 168 a, Excipere sanguinem patera. de Nat. 75 b, Vinum meracius sumere.

Biceps, tis. de D. 105 b, Si puella nata biceps esset.

Bicorporis. Tusculan. 179 b, Hæc bicorporem afflixit manum. Poetæ.

Bidis, oppidum est tenue sanè, non longè à Syracusis, in Sicilia. I. V. 119 b. Hinc Bidini et Bidenses, ibidem.

Biduum, diu. duorum dierum spaciũ. de N. 45 a, Tante tenebræ quõdam eruptione Aetneorum ignium finitimas regiones obscurauisse dicuntur, ut per biduum nemo hominem homo agnosceret. Att. 132 a, Romæ nihil auduor noui, nec in his locis, quæ à Brundisio absunt propius quàm tu biduum aut triduum. et 76 a, Nos in castra properabamus, quæ aberant bidui. et 67 a, Ab castris aberam bidui. et 132 a.

Biennium, ij. pro Cec. 295 a, Lex usum et auctoritatem fundi iubet esse biennium. In Anton. 195 b, Tribuni Pleb. tulerunt de prouincijs contra acta Cæsaris, ille biennij, iste sexennij.

Bifariam, bipartitò. de Vni. 200 b, Aliqua bifariam contrariè simul procedentia. Tusc. 193 b, Cumq; is motus aut boni aut mali opinione citetur, bifariam quatuor perturbationes distributæ sunt.

Biformatus, a, um. Tusc. 179 a, Hos non biformato impetu centaurus ictus corpori infixit meo. Poetæ.

Bilis, lis. de Natur. 53 b, Ab eo cibo cum est secreta bilis, hinc humores, qui ex renibus profunduntur, reliqua se in sanguinem uertunt. Tusc. 192 b, Quasi uerò atra bili solum mens, ac non sepe uel iracundia grauiore, uel timore, uel dolore moueatur. Tusc. 160 a, Sanguis, bilis, pituita, ossa, nerui, et c. Tusc. 223 b, Cum pituita redudat aut bilis in corpore. Attic. 26 b, Si (ut scribis) bilem id commouet.

Bimestris, stre. duorum mensium, bimensis. Epist. 159 a, Consulatus bimestris, Planci.

Bimus, a, um. duorum annorum. Epistol. 38 b, Hortensiumq; roges, ut de hac quoque sententia bima decedat, qua mihi nihil potest esse inimicius. et 159 a, Legio bima. Planci.

Binus, a, um. terminus uel trinus, quaternus, quinquus, et c. I. V. 135 a, Describebat Cæsares binos in singulas ciuitates Timarchides. I. V. 135 a, Ut dies XLV inter binos ludos toleretur. et 172 b, Terna medimna, aut quaterna, aut quina in singula iugera exigere. et 185 a, Bina centesime. et 190 b, Quaternis denarijs. et 187 a, HS. quinos denos. et 190 b, Quaternis HS. tritici modium aestimauit. et 192 b, Quaternos HS. quos mihi senatus decreuit, ego habeo. I. V. 133 a, Pueri annorum senum septenuq; denum. id est, XVI et XVII annorũ. de N. 35 b, Bis bina quid sint, Epicurus non didicit. de L. 185 b, Bini cæsares

res sunt. et 187 a, Cum deni Tribuni crearentur. contra Rul. 83 a, Et eo in duodena describit in singulos homines iugera. et ibi. Et unicuiq; uestrum, ubi cõsistat, bini pedes assignentur. pro Cor. 64 b, Ut in singulas colonias ternos ciues Ro. facere posset. I. P. 94 a, Græci stipati, qui in lectulis, sepe plures. At. 181 a, Tullia mea uenit ad me, mihiq; literas reddidit trinas. I. P. 100 b, Nulla ternis æstiuis gratulatio. de Cl. 196 b, Non ne cernimus uix singulis etatibus binos oratores laudabiles constituisse? Or. 218 a, O M. Druse, patrẽ appello, hæc quidẽ duo binis pedibus incisim. et ibi. Hæc uerò mēbra ternis pedibus. pro Font. 278 b, Senos uel quaternos denarios exigere. Parad. 125 b, Capit ille ex suis prædijs sexcenta HS. ego centena ex meis. I. V. 248 a, Verres certo precio sexcentenos nummos nauarum missione constituit. de Or. 108 a, Demosthenes una contentione uerborum, binas contentiones uocis et remissiones continebat. Ep. 95 a, Bina uenationes per dies quinq; magnificæ. At. 86 b, Per binos tabellarios misi Romam literas. Epist. 165 a, b, Binos tabellarios in duas naues imposui. I. V. 245 a, Cn. Pompeius cum P. Vercio inter bina castra collocatus est. Att. 111 b, Pompeius distribuit binos singulis patribus familiarum. de Orat. 161 b, Terna aut bina aut singula etiam uerba dicebant. de Som. 127 b, Cum etas tua septenos octies solis anfractus conuerterit. In Verr. 192 b, Tu mihi octenos HS. dato. I. V. 246 b, Verum etiam quo plus darent quàm poterant, hæc sexagena millia modium addidisti. Epist. 140 b, Cum loquimur terni, nihil flagitij dicimus: at cum bini, obsecrũ est: Græcis quidem iniquis.

Bipartior, iris. in duas partes distribuo, seu partior. I. C. 111 b, Atque ibi omnes proximis uillis ita bipartiti fuerunt, ut Tybris et ponis interesset.

Bipartitò, dupliciter, bifariam. singulari modo, simpliciter. pro Flac. 152 a, Bipartitò elasis distributa fuit, ut, et c. I. A. 227 a, Equitatus, qui in Græciam ducebatur bipartitò, alter, et c. alterum, et c.

Bipartitus, a, um. Postquam. 201 b, Cuius oratio quemadmodum accepi, fuit tripartita: primum, et c. tum, et c. denique ad extremum, et c. ad Heren. 11 b, Argumentatio tripartita, quadripartita, quinquepartita. et Officiorum 53 b, Diuisio tripartita. et Orat. 203 b, Tripartita uarietas.

Bipedalis, le. duorum pedum longitudine. de Finibus 5 a, Sol Epicuro bipedalis uidetur.

Bipes, dis. quod duos habet pedes. de Nat. 20 a, Quid obstat quo minus sit beatus, si non sit bipes. pro Do. 223 a, Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus.

Biremis, mis nauis, quæ remorum duos ordines continet. I. V. 246 a, Ne hæc biremis ascriberetur, et c.

Bis, ter, quater, et c. In Ver. 247 b, In una ciuitate bis improbus fuisti, cũ, et c. cum, et c. In Ant. 216 b, In quo bis falleris, primum quod, et c. deinde, quod, et c. Ep. 134 a, De quo tu mihi antea scripseras bis eodẽ exẽplo. Itẽ. Isq; ludos appareat magnificentissimos, stultè bis terq; uel quia, et c. uel quia, et c. uel quia, et c. de Sõ. 227 a, Cũ etas tua septenos octies solis anfractus conuerterit. de N. 35 b, Bis bina quid sint, Epicurus nõ didicit. Or. 221 a, Nã ut duellum bellum, et diuis, bis, sic, et c. I. A. Quinquies, Bithynia,

Bithynia, e. regio. In Verr. 2.4.1 a, Bithynia reges lectica octophoro gestari soliti.
Bithynicus, ca. Ep. 207 a. de Cl.
 βλῆμα, L. Detrimentum.
Blandē, comiter. Attic. 251 b, Amabo te mi Attice, uideſne quāmblandē? pro Qu. R. 53, Appellare aliquē blandiſimē. de Or. 9.4.4, Petere aliquid blandius.
Blandenona, e. oppidum. Att. 315 b.
Blandenius, 4. Qu. Fr. 300 a.
Blandiloquentia, e. de Nat. 72 b, Nam ut ego illis supplicarem tanta blandiloquentia? poetæ.
Blandimentum, ti. blanditia. pro Cæl. 46 a, Multa nobis blandimenta natura ipsa genuit, quibus sopita uirtus cōiueret. 2.45 b, Nec eam minimis blandimētis corrupta deferet.
Blandior, diris. amplexor. Acad. 25 a, Video quāmsuauiter uoluptas sensibus blandiatur. de Am. 114 b, Qui aduersando assentatur, et litigare se simulans blanditur. de Or. 9.2. a, b, Ita nati sumus, ut et blandiri et suppliciter insinuare possimus. Quint. F. 313 b, Mirificē mihi blanditur Appius. pro Flac. 163 b, Cur matri blanditur? cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur?
Blanditia, e. assentatio. (Min. e. pro Plan. 265 a, Facilis est illa occurſatio et blanditia popularis. Quint. de Pet. 212 a, Ea desiderata blanditiam, assiduitatem, benignitatem. de Am. 107 b, Beneuolentiam ciuū blanditijs et assentationibus colligere turpe est. pro Clu. 24 b, Is se blanditijs et assentationibus in illius consuetudinem penitus immerſit. Of. 66 b, Malitiosis blanditijs officiorum, non ueritate, sed simulatione querere hereditates. de Fi. 35 b, Blanditijs presentium uoluptatum delinēti atq; corrupti, non prouident. Qu. Frat. 300 a, Elicere aliquem blanditijs ad iudicium. I. V. 161 b, Sermo iniquitissimus et blanditiæ flagitiosæ. Att. 19 a, Exprimere numulos ab aliquo blanditijs.
Blandus, a, um. benignus, comis. Attic. 186 a, Vnum te puto minus blandū esse quāme. Item: Scis me minimē esse blandum, itaq; minus aliquanto dico quāmsentio. Off. 42 b, Milites blando appellando sermone delinire. I. A. 213 b, Ne blanda aut supplici oratione fallamur. de D. 89 a, Vocare aliquem blanda uoce.
Bœotia, e. regio. pro Flac. 156 b.
Bœotius, a, um. de D. 77 a, Bacchis Bœotius.
Bona, orum. commoda, fortune, res, possessiones, pro Sex. Ros. 21 a, et 22 a, Hec bona emuntur H S. duobus millibus nummū. pro D. 218 a, Imminebat tuus furor omnium fortunis et bonis, pro Cec. 292 a, Ad incertum reuocari bona, fortunæ, possessionesq; omnium. I. V. 99 a, Patres sua bona cum filijs partiūtur. Top. 222 a, Mulier cui uir bonorum suorum usum fructum legauit. Att. 280 b, Bonis publicatis eandem calamitatem subirent liberi.
Bona dea. Mater Idea, Cybele, Matuta. de Arch. 24.5 b, Sacra Bonæ deæ, quæ uiri oculis ue imprudentis quidem aspici fas est. pro Mil. 118 a, Sacrarium Bonæ deæ. de Ar. 24.6 a, et 252 a, Sacrificium bonæ deæ, quod fiebat pro salute populi Rom.
Bona fortuna. dea apud Siculos. I. V. 201 a.
Bonitas, tis. probitas, integritas, uirtus, fertilitas, ubert-

tas, eum de agris loquimur. (C. Malitia. de Am. 101 a, Sed eadē bonitas ad multitudinem pertinet. nō est enim inhumana uirtus, neq; superba. de Fi. 140 b, Iusticiæ adiunctæ sunt pietas, bonitas, et c. de Ha. 25 a, Quid est melius aut præstantius bonitate et beneficentiæ? de Fi. 104 a, Nec iusticiæ ullus esset nec bonitati locus. de Na. 37 b, Id nō sine diuina bonitate erga homines fieri arbitrantur. Of. 24 a, Nōnulli siue felicitate quadā, siue bonitate nature, siue parētum disciplina rectam uitæ secuti sunt uiam. Postq. 209 a, Magnam uim nature bonitas habet. cōtra Rul. 89 b, Socer huius uir multū bonus est, neq; ego nunc de illius bonitate disputo. Or. 212 b, Quare bonitate potius nostrorum uerborum utamur, quāmsplendore Græcorum. et 202 a, Ac uocis quidem bonitas optanda est. pro S. R. 29 a, Bonitas prædiorum, contra Rul. 74 b, Bonitas agrorū. Ep. 204 a, Eorum fortunæ tue fidei, iusticiæ, bonitatiq; commendo. pro Dom. 224 b, An eam causam probare non poterā? cuius tāta bonitas est, ut ea ipsa se per se probarit. At. 165 a, Summa bonitas et æquitas cause. At. 141 b, Hoc mihi Cæsar sua cōcessit bonitate. pro Dom. 235 a, Vir singulari bonitate et modestia præditus. de Offic. 46 a, Summi cuiusque bonitas commune perſugium est omnium. Offic. 2 a, Si nō interdum nature bonitate uincatur. pro Qu. R. 49 b, Scilicet homo liberalis, et dissolutus, et bonitate affluens. de Inuent. 76 b, Petere sibi præmium laboris alieni, aut bonitatis deorum. Off. 67 b, Cum fidem alicuius bonitatemq; laudant, dignum esse dicunt, qui cum in te nebris mices. Offic. 54 b, Officia, quæ et ingenij bonitate, et progressionē discendi multi assequuntur. de Ora. 140 a, Bonitas et moderatio. (C. superbia et libido. de Nat. 77 a, Is uti se deorum bonitate uelle dicebat, id est, liberalitate.

Bononia, e. urbs Italiae. Ep. 185 b, 173 a, Bruti.

Bononiensis, se. de Claris orat. 179 b, C. Rusticellus Bononiensis.

Bonus, probus, præstabilis, salutaris, frugi, integer, iustus. Primum, quod uidetur esse bonus, nemo igitur potior, ad Atticum 92 b. Bonus autor, 12 ad Atticum. Bonus calamus, 2 ad Quintū fratrem. Bonus dominus Antonius, ad Brutum. Bruti. Bonus et assiduus dominus, de Senectut. Valde bonus homo, ad Atticum lib. 2. Bonus ius aliquem, 10 ad Atticum. Poeta bonus, ad Qu. frat. li. 1. Bonus re aut spe, pro Domo sua. Bonus uir, Aca. quæst. ed. 1. li. 2. Sit igitur sanē bonus uir, Attic. lib. 7. Multum bonus uir, pro Lege Agr. 3. Vir bonus qui sit, describitur multis, Off. 67 b. Vir bonus, et simplicis ueritatis amicus, Of. 13 b. Bonus uir minimē est q ad suū cōmodū refert, quæcūq; agit, 1 de Leg. Bona actio, Acad. q. ed. 2. li. 1. Bona causa, pro Sest. Tusculano emptor nemo fuit: si cōditio ualde bona fuerit, fortasse nō omittā, ad Qu. fr. li. 2. Bona de Domitio, præclara de Afranio fama est, At. lib. 7. Memoria bona, At. lib. 8. Bona ratio, pro Flac. Postremō copiæ cum egestate, bona ratio cum perditā, mens sana cum amentia, bona deniq; spes cum omnium rerum desperatione configit, 2 in Catil. Boni auguris est meminisse maximis Reip. temporibus præstō esse debere, Iouiq; Opt. Max. se consiliarium atque administrum datū, ut sibi eos, quos in auspicio esse iusserit, cœliq; partes sibi definitas esse traditus: è quibus sepe opē referre

referre possit, 3 de Leg. Boni haudquaquam est dissolue-
re ratione uinctum, de Vn. Aequi boniq; facere aliquid,
ad Att. 305 b. In bone fidei iudicijs, locorū à causis ma-
gnus usus, Top. Nec enim cuiquā bono mali quicquam
euenire potest, nec uiuo, nec mortuo: nec unquā eis res
à dijs immortalibus negligitur, Tusc. quæst. li. 1. Bonā
beneuolentiam hominum et fidem perspicere potui, 13
Fam. Quam deam iste idcirco bonam dicit, quod in tan-
to sibi scelere ignouerit, de Ar. 232 b. Bonam gratiā que-
rere, pro L. Manil. Bonam mentem mihi sentio iracun-
dia & amore ablatam, 8 Fam. Cæli. Aiebat bonam par-
tem sermonis in hunc diem esse dilatatam, 2 de Orat. Bonam
rem impediri melius, quā concedi malē, 3 de L. Ergo in his
adolescentibus bonam spem esse dicemus, et magnam in
uoleam, 2 de Finib. Redeamus ad nostros de quibus tu
bonam spem te significas habere, Attic. lib. 15. Quid mihi
ad defendendum dedisti bone accusator? pro Sex. Rosc. Bone
custos, defensorq; prouincie, 7 Verr. Bono animo te iussisse
esse, & c. 1 de Diuin. Consilio bono aliquid facere, 1 Offic.
Proficiscatur Puteolos stadia triginta probō nauigio, bono
gubernatore ac tranquillitate, 4 Acade. Bono Lepido me esse
usurum, 10 Famil. Planci. Id est, amico & beneuolo. De die
tantum uideo, & id ipsum bono modo, Attic. lib. 13. Αμφοτέρω
αὐτὴν ἰλλαν, quam tu soles dicere, bono modo desidero,
si prorsus ut aduenientem excipiam libenter, ad Quin-
frat. lib. 2. Quod idem in delectu consules obseruant, ut
primus miles fiat bono nomine, 1 de Diu. Bono nomine
centesimis contentus erat, 5 ad Attic. Illa que à bono
poeta dicta est flexanima oratio, de Oratore 125 b. Ec-
quis unquam ex tā amplo statu, in tam bona causa, tan-
tis facultatib. ingenij, & c. Attic. lib. 3. Vi opprimi in bo-
na causa est melius, quā malē cedere, 3 de Legib. Bona
fide in gratiam redire, 3 Famil. Bona aut denique ali-
qua Repub. 5 Fam. Id est bene constituta. Bona &
certa tempestate, 2 ad Qu. frat. Bona uenia me audies,
de Na. deor. 1. pro Rosc. Amer. 4. honoris præfatio. Qua-
re frater, bona tua uenia dixerim, ista sententia, etc. 3 de
Leg. Nisi uerò (bona uenia huius optimi uiri dixerimus
Sceuolet) tu libellis aut præceptis, etc. 1 de Orat. Omnes
boni semper beati, Tusculan. quæst. lib. 5. Boni uiri qui
appellandi, Læli. Boni uiri omnes ipsam æquitatem &
ius ipsum amant, nec est uiri boni errare, & diligere
quod per se non sit diligendum, 1 de Legibus. Boni uiri
ut simus, si non ipso honesto mouemur, sed utilitate ali-
qua atque fructu, callidi simus, non boni, 1 de Legib. Bona
gratie, pro Mur. Bone & firmæ legiones, 11 Famil. D. Brut.
Valde bone res, 15 ad Attic. Id est, in bono statu. Prædes
igitur homines sunt fiduciosiores, quorum res bona prædia
nunc uno nomine dicuntur, 3 Verr. Bona tempora, pro Domo
sua. Bonorū nō dicam, qui nescio an ulli sint, & c. 4 ad Att.
Bonorum, id est, lautorum & locupletum, Urbem uideo refertam
fore, 8 ad Att. Bonorum ordines & genera querenda sunt,
7 ad Att. Bonos nullos noui, ibid. Bonarum rerum expectatione
animus erigitur, 2 de Leg. Bonis ac sapientibus à principio in-
nascitur ratio, de Na. deor. 2. Bonis inter bonos quasi ne-
cessaria est beneuolentia, Læli. Bonis uiris quid iuris reli-
quit tribunatus C. Gracchi, 3 de Legib. 1. Optimatib. se-
natoribus. Ita prorsus existimo bonos beatos, improbos

miseros, Tuscul. quæst. li. 5. Socratis est apud Platonem
in Gorgia. Populū inflammare in improbos, aut incita-
tum in bonos mitigare, de Orat. 102 b. Inter bonos bene
agier, fiducia formula, 7 Fam. Inter bonos bene agier,
iudiciorum quorundam formula, Topic. Inter bonos be-
ne agier oportet, & sine fraudatione, Offic. 3. Nisi insti-
tum illud in animis haberemus, omnes bonos interitus
suorum quā grauissimē mcerere oportere, Tusculan.
quæst. lib. 3. Consules duos bonos quidem, sed duntaxat
bonos amissimus, ad Brut. Bona dicta tenere sapiens uix
potest, 2 de Orat. A bonis uacuum forum, Post. redit. in
Senatu. in bonis omnia, que summa sunt, iure laudan-
tur, de Claris Orat. 282 b. Vbi illa consuetudo in bonis
prædibus prædijsq; uendendis omnium Consulū, Cens
forū, Prætorū, Quæstorū denique: ut optima cōditione
sitis, cuius res sit, cuius periculum? 3 Verr. Bona prædia
dicuntur bonis satisfactionibus obnoxia, siue sint in man-
cipijs, siue in pecunia numerata. Nūquam ego hæc in bo-
nis rebus numeranda duxi, Parad. 116 b. In ijs bonis or-
sus tribunatus, in Bruto. Quod me in forum uocas, eō
uocas, unde etiam bonis meis rebus fugiebam, ad Attic.
lib. 12. Id est, prosperis. Bonis aut perditis rebus, 12 Fa-
mil. Si sapiens adulterinos nummos acceperit imprudēs
pro bonis, 3 Off. Ita bonis uiribus esse in extremo tem-
pore ætatis, ut adolescētiam non requireret, de Senect.
Bonum definiuit Diogenes, id quod esset natura absolu-
tum, de Finibus lib. 3. Quod bonum est, id non quibus ha-
bere potest. Tusculan. quæst. lib. 5. Bonum crescendi ac-
cessionem nullam habet, de Finibus lib. 3. Excellens bo-
num, pro Marcel. Bonum efficiens, non in op. dicitur,
quod honestas actiones affert & efficit, de Finibus lib. 3.
Quicquid est quod bonum sit, id expetendū est, Tuscul.
lan. quæst. lib. 5. Quod bonum, id honestum, Tusculan.
quæst. lib. 5. Quod bonum, id utile, Officior. 3. Bonum ip-
sum nō est in opinionib. sed in natura: quod ni ita es-
set, beati quoque opinione essent, 1 de Leg. Bonum lite-
rarum, 15 Fam. 38, id est, commodum uel utilitas. Bonum
mentis est uirtus, Tuscul. quæst. lib. 5. Bonum naturale,
pro Cælio. Nihil bonū, nisi natura primis bonis, aut om-
nibus, aut maximis frui, ut Carneades contra Stoi-
cos differebat, Tusculan. quæst. lib. 5. Nihil bonum nisi
quod honestum, iuxta Stoicos, Tusculan. quæst. lib. 2.
Ibidem, lib. 5 ad Attic. 8. Nihil bonum, nisi uacuitas dolo-
ris, ut Hieronymus, Tusculan. quæst. lib. 5. Nihil bonū,
nisi uirtus, secundum Aristonem Chium & Zenonem,
Academ. quæst. ed. 1. lib. 2. Nihil bonum, nisi uoluptas, ut
Epicurus, Tuscul. quæst. lib. 5. Nihil bonum, quod non
eum qui id possidet, meliorem facit. Parad. Bonum non
est de quo non is qui id habeat, honeste possit gloriari,
Parad. Atque hæc certē non ita se haberent, nisi omne
bonum in una honestate consisteret, Tusculan. quæst.
lib. 5. Bonum omne laudabile, Tusculan. qu. lib. 5. Bo-
num in eo positum est, ut nature consentiat, de Fin. li. 3.
Omne bonum letabile est: quod autē letabile, id prædi-
candum & præferendum: quod tale autem, id etiam
gloriosum: si uerò gloriosum, certē laudabile: quod au-
tem laudabile, profectō etiam honestum: quod bonū igitur,
id honestum, Tuscul. q. lib. 5. Ut facile cerneret natura-
le quoddam stirpis bonum, degenerauisse uitio
deprauate uoluntatis, in Bruto, Quamobrem simul
obiecta

obiecta species cuiuspiam est, quod bonū uideatur, ad id adipiscendum impellit ipsa natura, Tusc. quæst. lib. 4. Id solum bonum est, quod rectum et honestum, et cum uirtute est, Parad. Bonum solum quod honestum, ut Zenoni, eiusq; auditori Aristoni placuit, Tusc. quæst. lib. 5. Summum bonum est, quod ipsum nullam aliam ad rem, ad id autem res referuntur omnes, de Finib. lib. 1. Summum hominis bonum iuxta Stoicos positum est in eo, quod *ὁμολογία* ipsi, hoc est, convenientiam uocant, de Finib. lib. 3. Summum bonum in cognitione et scientia ponit Herillus, Acad. quæst. ed. 1. lib. 2. Summum bonum in corpore et uoluptate uidetur Epicuro, Tusc. quæst. lib. 3. Summum bonū si ignoretur, uiuendi ratione ignorari necesse est, de Finib. lib. 5. Nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali, quantum in euer-tenda boni, ad Brutum. At uerò aut honoribus audiri, aut re familiari, aut si aliud quippiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali, tum dijs gratias agimus, tum nihil nostræ laudi assumptū arbitramur, 3 de Nat. deor. Nimum boni est, cui nihil est mali, de Fin. 73 b. Ut quisque boni est maximè particeps, ita et laudabilis maximè, Parad. Sūmi boni diffinitione omnis ratio uitæ continetur, de qua qui dissident, de omni ratione uitæ dissident, Acad. qu. ed. 1. lib. 2. Cui bono fuerit, 2 Philip. Bonum Academici antiqui, quod secundum naturam esset, quo in uita iuuaremur, esse decreuerūt: Zeno, nisi quod honestum esset, nihil putauit bonum, 1 de Leg. Qui summum bonum sic instituit, ut nihil habeat cū uirtute coniunctum, idq; suis commodis, non honestate metitur: hic si sibi ipse consentiat, et non interdum naturæ bonitate uincatur, neque amicitiam colere possit, nec iusticiam, nec liberalitatem, Officior. 1. Bono mētis fruendum est, si beati esse uolumus, Tusc. quæst. lib. 5. Bono nil melius, Parad. Bono philosophiæ nullum optabilius, de Vniu. De summo bono qui dissentit, de tanta philosophiæ ratione dissentit, de Finib. lib. 5. Dissensio de summo bono maloq; 1 de Legib. Summo bono in philosophia constituto, constituta sunt omnia, de Finib. lib. 5. Eo ipso bono tuo quo delectatur, 6 Famil. Id est, ijs dotibus animi. Bono suo opus facere, 3 in Verr. Atqui nisi stabili et fixo permanente bono, beatus esse nemo potest, Tusc. quæst. lib. 5. Id quum non accidit, utemur bono literarum, et eadem serè absentes, quæ si corā essemus, consequemur, ad Cassium lib. 15. Quædam animi et corporis in quibusdam non tam naturæ, quam beatæ uitæ adiuncta sunt, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Bona animi ab Academicis in naturam et mores diuidebantur: hoc est, in uirtutes, quæ suapte natura ingenerantur, et in uoluntarias, quæ exercitatione acquiruntur, Academic. quæst. edit. 2. li. 1. Bona corporis alia in toto, alia in partibus secundum Academicos, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Bona corporis complent quidē beatissimam uitam, sed ita ut sine illis possit beata uita existere, de Finib. lib. 5. Bona præterita sapientes grata recordatione renouata delectant, de Finib. lib. 1. Non sunt igitur ea bona dicenda, quibus abundantem licet esse miserrimum, Tusc. lib. 5. Bona maxima sunt, quæ in ipso animo, atque in ipsa uirtute uersantur, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. Bona si ex dissimilibus mixta erunt, honestū ex his effici nihil poterit, Tusc. qu. lib. 5. Natura omnes ea quæ bona uidentur, sequuntur, fugiuntq; con-

traria, Tusc. qu. lib. 4. Bonorum alia *τελικὰ*, id est, ad ultimum perinentia: alia autem efficiencia, quæ Græci *ποιητικὰ*, alia utrunque, de Fin. lib. 3. Bonorum diuisio, Partit. Bonorum finis ad quem referuntur, et cuius causa sunt facienda omnia, 1 de Leg. Bonorum malorumq; fines constituere, Acad. quæst. edit. 1. lib. 2. Omnium bonorum fons in corpore, iuxta Epicureos, Aca. ed. 1. li. 2. Bonorum et malorum genera, Partit. Bonorum tria genera, maxima animi, secunda corporis, extrema tertia, ut Peripatetici, nec multò ueteres Academici secus, Tusc. qu. li. 5. Quid sit extremū, quid ultimum bonorum, 1 de Fin. Quomodoq; bona natura appetimus, sic à malis natura declinamus, Tusc. quæst. li. 4. Bona animi ponebant Academici, quæ essent ad comprehendendam animi uirtutem idonea, Acad. qu. ed. 2. lib. 1. In bonis animi tanta præstantia est, ut ab his corporis et extrema obsecrentur, Tusc. qu. lib. 5. Zenoni, præter honestum, nihil est in bonis, Acad. qu. ed. 1. lib. 2. Bonis corporis et fortunæ uitam beatam compleri negant Stoici, Tusculan. quæst. lib. 5. Neque enim sunt isti audiendi qui uirtutem duram, et quasi ferream esse quandā uolunt: quæ, et c. ut bonis amici quasi diffundatur, et incommodis contrahatur, de Amic. Magnis enim illi et diuinis bonis hanc licentiam assequerantur, 1 Offic. Quod si ita est (id est, si uita beata ex sui similib. partibus effici debet) ex bonis quæ sola honesta sunt, efficiendum est beatum, Tusc. quæst. lib. 5. Ut in malis opinatis tolerabilia, sic in bonis sedatiora sunt efficienda ea, quæ magna et letabilia dicuntur, Tusculan. quæst. lib. 4. Sine bonis corporis et fortunæ uitam beatam nullam esse putant Peripatetici: aut si sit beata, beatissimam esse negant. Tusculan. quæst. lib. 5.

Bootes, *τῆ*, ti. de Na. 47 b, Septentriones autem sequitur Arctophylax uulgò qui dicitur esse Bootes. et ib. Booti subter præcordia fixa uidetur Stella micans.

Bos, bouis. Bos optimus, Diuin. lib. 1. Bos sanctus, Aegyptiorum Apis, de Nat. deor. 1. Bos armenta sequitur, 7 ad Attic. Bona elitellas imponere, 5 ad Attic. Olympiæ per stadium ingressus esse Milo dicitur, quum humeris sustineret bouem uiuum, de Senec. 83 b. Boves mollipedes, Diuin. lib. 1. Boves et equi, ibes, accipitres, aliæq; bestiæ à barbaris in numero deorum reponerantur, 3 de Nat. deor. Boum ceruices natæ ad iugum, et uires humerorum et latitudines ad aratra extrahenda, 2 de Nat. deor. Boum terga declarant non esse se ad onus accipiendum figurata, 2 de Nat. deor. Boum uisceribus uesci seculi habebatur, tempore aurei seculi, 2 de Natur. deor. Bobus ab illo aureo genere uis nunquam ulla afferebatur, 2 de Natur. deor. Quid de bubus loquar? 2 de Natura deorum.

Bosphorus, *ῥι*. pro Mur. 132 b, Angustum est fretum ad Mæotim paludem, Cimmerius Bosphorus dicitur.

Bosphoranus, *α*, um. pro Pō. 5 b, Bosphoranis finitimis suis bellum inferre simulauit.

Bouilla pugna. Att. 74 b.

Bouillanus, *να*.

Bouianus, *να*. pro Clu. 59 a.

Brachatus, *α*, um. pro Font. 280 b, Galli sagati brachatiq; et I. P. 91 a, O' brachata cognationis dedecus quemadmodum uenisti? Ep. 134 b, Brachata et transfal-

pinæ nationes. Braccha genus uestis erat, qua utebantur Galli transalpini. unde Bracchati, et Gallia Bracchata, pro transalpina dicta.

Brachalia, L. Armille.

Brachium, *chij. cubitus. de Or. 131 a, Cum extento brachio paululum etiã de gestu addidit. pro Cel. 39 b, Nobis olim annus erat unus ad cohibendum brachiũ togã constitutus, ut exercitatione ludoq; campestri, tunicati uterentur. de Or. 132 a, Excusauit uestra, quod eum brachiũ fregisse diceret. At. 22 b, Obiurgare aliquem molli brachio. At. 64 b, Agere aliquid leui brachio. Consules qui illud leui brachio egissent, rem ad senatum detulerunt, ad Her. 21 a, bis. In contentione per distributionẽ, celeri proiectione brachij uti oportet, &c. Or. 202 a, Brachij proiectione in contentionib. contractio in remisissis.*

Brassica, *cæ. de N. 50 a. l. Caulis.*

Breue, pro breui, seu breuiter. pro Sest. Breue dicam. At. lib. 6. & in Salust. Breue faciam.

Breui, breuiter, paucis uerbis, propediem, in breui, breui tempore, exiguo tempore, paucis diebus, paucis annis. At. 130 b, Cesar magnas copias breui habiturus est. & ibi. Breui tempore. & 138 a, Ep. 184 b, Resp. breui tempore ius suum recuperabit. Epist. 89 a, Nec ullo modo diuulgandum est de te iam esse perfectum, sed erit perbreui. pro Cec. 303 a, Id tamen si extra causam est, percurrat tamen breui. de Sen. 89 a, Breui expediam. Par. 222 b, Illud breui conficiendum est, &c. pro Sest. 23 a, Sed genus uniuersum breui circumscribi & definiri potest. Item: Hæc si quis existimat à me posse exponi tam breui, uehementer errat. de Or. 100 b, Nunc complectar, quod proposui breui. de Or. 119 b, Quid in utraq; partem mihi in mentem ueniat, explicabo breui. Epist. 36 b, Ut tuis literis breui responderem. de Or. 225 a, Ad ea que requiris, breui respondebo. ad Her. 32 a, Transfatio uocatur, quæ cum ostendit breuiter quod dictum sit, proponit item breui quod consequatur.

Breui loquens, *tis. Att. 114 b, Breuiloquentem iam me tempus ipsum facit.*

Breui loquentia, *ti. e. de Rep. teste Gellio.*

Breuis, *uis. paruus, pusillus, contractus, concisus, angustus, exiguus, præcisus.* (Lõgus, productus, procerus. de Am. 115 b, Omnia breuia tolerabilia esse debent, etiam si magna. de Orat. 138 b, Breuis est L. Crassi oratio. pro Sest. 5 a, Lõgũ est dicere, sed hoc breue dicã, si M. Petreij uirtus, &c. In Sal. 272 b, Iam dabo operã, quam maxime potero, ut breue id faciam. de Or. 161 a, Aliquid contractione breuius fieri, aut productione lõgius. pro Ar. 191 a, In hoc tam exiguo uitæ curriculo & tam breui. de Inu. 84 b, Ac multos imitatio decipit breuitatis, ut cum se breues putent esse, longissimi sint. de Cl. 179 a, Ambitus uerborum contractus & breuis. Or. 212 a, In clytus dicimus breui primã literã, insanus produca. de Or. 160 a, Syllaba breuis.) (Lõga, producta. de Ora. 96 b, Quædam breuia, sed magna cum exercitatione præcepta gustarem. Oct. 336 b, O miseram et in breui tam celerem, & tam uariam reip. commutationem.

Breuitas, *tis. contractio, paruitas. Breuitas, exornatio est, res ipsis tantummodo uerbis necessarijs expedita, &c. ad Her. 41 a, de Or. 138 b, Breuitas appellanda est, cum uerbum nullum redundat, uel cuncta tantum uerbo-*

rum est, quantum necesse est. de In. 48 b, Multos imitatio decipit breuitatis, ut cum se breues putent esse, longissimi sint. de Le. 192 a, Breuitas non modò senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia. Or. 219 a, Contractio et breuitas dignitatem non habet. de Or. 161 b, Distincte concisa breuitas. At. 5 b, Breuitate temporis tam pauca cogor scribere. de Cl. 169 b, Breuitas autem laus est in aliqua parte dicendi, in uniuersa eloquentia laudem non habet. Or. 213 b, Iudicium longitudinum & breuitatum in sonis. & 215 b, Breuitate & celeritate syllabarum uerba procliuus labuntur. de Cl. 170 b, Concise sententiæ, et non satis aperte, cum breuitate, tum nimio acumine. Or. 217 b, Breuitas pedum.) (Proceritas pedum. de Leg. 173 a, Eum igitur morem cum breuitate, si potero, consequar. Or. 218 b, Breuitas ambitus.) (Longitudo ambitus. At. 15 b, Breuitas dici. & de Or. 146 b, Angustia temporis.

Breuiter, *exiguo, leuiter, strictim, summatim, breui, cum breuitate, & in paucis uerbis.* (Producte, pluribus uerbis. de Or. 93 b, Non grauabor breuiter meo more, quid quaq; de re sentiam, dicere. ad Heren. 2 a, Si summam causæ breuiter exponemus. Or. 201 b, Breuiter summatimq; describere aliquid. ad Her. 62 a, Breuiter & absolute complecti aliquid. Epist. 36 b, Quod ego ad te breuius scribo. de D. 65 a, Exposui quam breuissimè potui oracula, &c. de Natu. 26 a, Agam quam breuissimè potero. pro Cec. 288 a, Ut in pauca conferam. pro Cel. 40 b, Vide quam pauca respondeam. pro Clu. 43 a, Hæc pluribus uerbis dicerem, quæ nunc paucis percurrit oratio mea.

Britannia, *ni. e. Anglia, Albion, regio nota. ad Quin. Fr. 517 a, O iucundas mihi tuas de Britannia literas. Nat. 43 b.*

Britannicus, *a, um. Epist. 99 b, Ego uestras Britannicas literas expecto. de Natura deor. 64 b, Aestus maritimi Britannici.*

Bromius, *mij. Bacchus. l. Bacchus, & Liber.*

Bruma, *m. e. brumale tẽpus, brumalis dies, hyems.* (Aestas, solsticium. de Nat. 30 a, Solis accessum discessumq; brumis solsticijsq; fieri. de D. 115 a, Musculorũ iecuscula brumã dicuntur augeri, & pulicium aridum florescere ipso brumali die.

Brumalis, *le.* (Solstitialis. de Vn. 200 a, Astra per cælum penetrantia, solstitiali se & brumali reuocatione conuertunt. de N. 66 b, Solstitialis orbis, itemq; brumalis. de Orat. 159 b, Sol accedens ad brumale signum. de Fa. 140 b, Ut in brumali die nati. In Arat. Sol brumali flectens contorquet tempore currum.

Brundisium, *si. j. urbs. At. 41 a.*

Brundisius, *na. sepe.*

Brutij, *orum. Italiae populi. pro Cec. 195 a.*

Brutinus, *a, um. ad Atticum 282 b, Consilia Brutina, id est, Bruti.*

Brutus, *a, um. ad Heren. 13 a, Fortuna bruta, Pacuuij. & Hor. terram brutam dixit.*

Brutus, *ti. Tusc. 209 a, L. Brutus patriam liberauit, præclarus auctor nobilitatis tuæ.*

Bubulcus, *ci. bouum custos. de Di. 92 a, Hoc somnio commotus manẽ bubulco præstò ad portam fuit. & 19 a.*

Bucca, *a. os ipsum, & interior in alarum pars concava.*

- Postquam. 206 b, Consul processit grauibus oculis, fluentibus buccis. & I.P. 84 b, Fluentes pulsataeq; buccae. de Or. 133 b, Gallus pictus sub nodis distortus, eiecta lingua, buccis fluentibus. At. 108 a, Tu ad me crebro scribe, uel quod in buccam uenerit. At. 7 a, & 225 a, Si nullam rem habebis, quod in buccam uenerit, scribito. At. 186 a, Cum coram sumus & garrimus quicquid in buccam uenit. At. 154 a, Quicquid uenerit in mentem scribas.
- Buccina**, a. tuba belli. pro Mur. 128 b, Te gallorum, illū buccinarum cantus exuscitat. in Verr. 222 b, Signum buccina datur.
- Buccinator**, oris. praeco, tubicen. Ep. 264 b, Quod polliceris te fore buccinatorem existimationis meae, firmo animo id facias licet. Cic. filij.
- Buccula**, a. I.V. 131 b, Mironis buccula ex aere. & de D. 90 b, Buccula ex auro: id est, uitula, seu iuuenca.
- Buleuteriū**, rj. loc^o Syracusis ubi erat curia. I.V. 119 a.
- Bullenses**, L. Appetitio. L. Voluntas.
- Bullenses**, populus est. I.P. 100 b.
- Bulliones**, idem pop. 221 b.
- Bulla**, le. in Ver. 107 a, Bulla in toga praetexta erat ornamentum pueritiae in cordis figuram formatum. 107 a, Pupillus cum toga praetexta sine bulla. Bulla pro clauis quibus ualuae ornantur. I.V. Indicium atq; insigne fortunae. I.V. 229 a, Verres bullas omnes aureas ex ualuis non dubitauit auferre.
- Bustuarius**, a. um. I.P. 83 b, Si mihi cum illo bustuario gladiatore & tecum & cum collega tuo decertandum fuisset.
- Bustum**, sti. locus ubi aliquis combustus est, sepulchrum, monumentum. Tusc. 248 a, Qui incidit iussit in busto, haec habui, quae edi. de Le. 183 a, Poena est, si quis bustum (nam id puto appellari tymbon) aut monumentum uoluerit. I.A. 153 b, Cum iidem bustum in foro facerent, qui illam in sepulchram sepulturam effecerant. I.P. 82 b, Quorum ego furori nisi restituissem, in Catiline busto mactatus essem. I.P. 81 b, Cum templum illud fuit te consule bustum legum omnium. pro D. 240 a, Ut in uiri etiam spirantis caput bustum suis manibus imponeret. pro D. 235 b, Signum de busto meretricis ablatum isti dedit. I.P. 81 a, Cum tu interim bustum reipub. &c. Att. 107 a, L. Quintius ad bustum Basilij uulneratus & despoliatus est.
- Buthrotum**, oppidum. At. 26 a & 59 a, & Ep. 237 a.
- Buthroti** us, a. At. 226 a. Item 230 b.
- Byzantium**, tij. urbs. pro Dom. 223 b.
- Byzantius**, a. um. Ora. 200 b, Theodorus Byzantius. de Pro. 70 a, Urbem Byzantium uobis atq; huic imperio fidelissimam. & ibidem, Byzantium uirgines se ad libidinem Romanorum militum effugiendam, in puteos abiecerunt.

C A



Litera post S posita legitur sic. S. C. & significat Senatusconsultum. In numeris C, ualet centum. Coniendandi quoque nota fuit, hancque intellexit Cic. pro S. R. illis uerbis: Sed si ego hos bene noui, litera illa cui uos usque inimici estis, ut etiam eas omnes oderitis, ita uehementer ad caput affigent, ut postea neminem alium, nisi fortunas uestras accusare possitis.

Cachinnatio, onis. solutior risus. Tusc. 224 a, Si ridere

coessum est, uituperetur cachinnatio. et ad Her. 20 b.

Cachinnor, aris. solutius ridere. I.V. 161 a, Ridere conuiuiae, cachinnari ipse Appronius.

Cachinnus, ni. risus solutior. de Fa. 142 a, In quo Aletbiades cachinnum dicitur sustulisse. de Cl. 84 a, Curio in agendo cachinnos irridendum commouebat.

Caenae. L. Malitia. L. Vitium.

Cadauer, ris. mortuum corpus. pro Mil. 108 a, Cadauer P. Clodij semistulatum. Tusc. 247 a, Aqua turbida & cadaueribus inquinata. Epi. 50 a, Cum uno loco tot oppidorum cadauera proiecta iaceant. Sulpitij. I.P. 83 a, Ab hoc eiecto cadauere quicquam mihi opis expectabam? & 97 a, Abiectum hoc cadauer, &c.

Cado, dis. concido, labor, delabor, decido, corro, praecipito, accidit, euenit, conuenit. Off. 16 a, De manibus adacissimorum ciuium delapsa arma ceciderunt. Or. 205 b, Si quando minus succedet, magnam tamen periculum non adibit: aliter. n. cadere non potest. Or. 205 b, 159; in libri eo minime uersabitur, & si semel constitit, nunquam cadet. Of. 15 a, Quia si quid aduersi eueniat, tam grauius cadere non possunt. pro Mu. 138 b, Noluerit illi ita quae quae cadere in iudicio, ut nimis aduersarij uiribus abiectus uideretur. pro Do. 240 a, Sed tibi cum oculi, uultus, uerba cecidissent. de Ar. 253 a, Ut si tanta ciuitas cadat, quod dii omen obruant. Or. 216 a, Verba melius in syllabas longiores cadunt. & 219 b, Et in spondeos cadit. Or. 202 a, Articulus ad numerum cadens. de Ar. 258 a, Auctoritas principum cecidit. Off. 42 a, Tua laus pariter cum rep. cecidit. Epi. 78 b, Non debemus ita cadere animis, quasi, &c. At. 119 a, Cadendum est in unius potestatem. Or. 215 a, Pedes qui maxime cadunt in oratione. & 197 a, Quae sub oculos non cadunt. I.V. 276 b, Sub pop. Ro. imperium ditionemque ceciderunt. de Of. 68 a, Cadit ergo in bonum uirum, metiri emolumentum sui causa? pro Syl. 181 a, Non cadit in hanc uitam ista suspicio. de Ar. 252 a, Multi sunt in quos huius maleficij suspicio cadat. Ora. 205 b, In idem genus orationis uerborum cadunt lumina omnia. et 200 a, Neque in unam formam cadunt omnia. de Or. 109 a, Quaecumque in disceptationem cadere possunt. Of. 2 a, Id quod in deliberatione cadit. Of. 55 b, Quod in nostram intelligentiam cadit, conseruandum est nobis. de Ar. 256 a, Habent Hetrusci certa nomina, quae in id genus ciuium cadere possunt. & 257 a, In eum cadit hoc uerbum maxime, qui &c. pro Cal. 52 b, Nihil est, quod in eiusmodi mulierem non cadere uideatur. de D. 87 b, Sortes eductae in rem apte cadere possunt diuinitus. Epi. 30 a, Verebar ne ita caderet, quod nunc etiam uereor. de Le. 176 b, Augurum responsis multis multa incredibiliter uera cecidisse. At. 40 a, Nihil mihi optatum cadere potuit. At. 52 a, Haec res quemadmodum ceciderit, scire uelim. At. 41 b, Sane ita cadebat ut uelle. de Or. 110 a, Sed hoc cecidit mihi peropportune. Ep. 112 b, Quod melius caderet, non uidi. I.V. 67 a, Verum hoc adhuc pro modo cadit. Ep. 74 a, Aliter cecidit res ac putabam. et 88 b, Aliter cecidit res atque opinabar. Qu. F. 303 a, A te mihi omnia semper honesta et incuncta ceciderunt, a me tibi luctus, maeror, &c. At. 216 a, Horum ego uix attigi penulam, remanserunt tamen, cecidit bellum. At. 120 b, Quoquo modo ea res huic quidem cecidit. pro Qu. 9 a, Nil tibi uere incommodi cadere potest. pro Mil. 117 b, Si minus fortissimi uiri uirtus ciuibus grata cecidisset.